

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus r
cum fonte primo

Nunquam affectus noster
ad desiderium eternorum perfecte accenditur,
nec intellectus ad celestium
contemplacionem perfecte accuitur,
nisi cura carnis eciam in licitis
et necessariis frequenter et fortiter repellatur.

Richardus in libro de contemplacione.

Numquam enim humanus affectus
ad aeternitatis desiderium perfecte inflammatur,
nunquam humanus intellectus ad aeternorum
contemplationem plene acuitur,
nisi carnis cura in rebus etiam licitis multumque
necessariis frequenter fortiterque repellatur.

Ricardus de sancto Victore, *De exterminatione mali et promotione boni*, 2.7 (PL 196,
col.1093D-1094A).